


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
4° Fys. 14825



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
4° Fys. 14825



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
4° Fys. 14825



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
4° Fys. 14825



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
4° Fys. 14825



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
4° Fys. 14825

1.
166.
2.71.
finor
ente,

b
Joh
I

IOANNIS
KEPPLERI
MATHEMA-
TICI,

AD EPISTOLAM

CLARISSIMI VIRI

D. JACOBI BARTSCHII

Laubani Lusati, Medicinæ Candidati,


Prefixam Ephemeridi in annum 1629,

RESPONSIΟ:

DE COMPVTATIONE

Et Editione

Ephemeridum.



TYPIS SAGANENSIBUS.

ANNO M. D. C. XXIX.

3
1
2
3

4
5
6
7

8
9
10
11

12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
997
998
999
999
1000

JOANNES
KEPPLERVS
JACOBO BARTSCHIO
S. P. D.

TS I, quibus de rebus me es allocutus
E tuus Epistolâ publicâ, BARTSCHI mei aman-
tissime, mibiq; vicissim & virtutibus &
communium artium studio acceptissime, de-
ijs coram tibi, cum me nuper invisiſſes, me-
am explicavi ſententiam: quia tamen &
tu ſcripſisti publicè, & plurium intereft, refcire, quid inter nos
ſit actum: publicè etiam ad tua proposita, reſpondebo; pri-
mùm progreſſus ab illo proſcenio, ubi tu me in exordio litera-
rum tuarum reliquisti, domum properans.

Quod enim tu hactenus te satis significas, ubinam locorum essem: idem & alios nonnullos mei studiosos inquirere verisimile est: quibus gratificari, humanitatis esse censeo; cavillos obtrectatorum contemnere, hilaritatis inculpatæ. FRANCOFUR-
tum igitur ad nundinas perveni mense Septembri anni super-
ioris, opus TABVLARVM RYDOLPHI afferens, visendum pu-
blicè, & inserendum Catalogo: cui etiam pretium, rogatu meo,

constitutum est à Commissario librorum Cæsareo, tres florent pecunia p̄sentis valore Francofurtensi, quos in loco solvant aqua lego, studiosus artis an librarius. Hisce confeditis negotijs, cum Illustrissimo Hassiae Landgravio PHILIPPO excurri Putzbachium, tempusq; dedi vijendis laudatissimi Principis instrumentis & exercitijs astronomicis: de quibus pro dignitate scribere longum fuerit, nec p̄sentis instituti. Ne tamen omni spectaculorum jucunditate defraudem lectores: unicum referam, quo ego, ut in speculationibus meis plurimum confirmatus, ita non minùs impensè fui gavisus. In area patente & spaciose palus stat, defixus altitudine pedum circiter triginta, trochlea in summo, cui funis insertus ergatæ circumactu tubum ingentem, pedum 50-nta longitudine, quem sex viri robusti tecto suo vix moliuntur, in altum attollit, ut sol per ejus foramen, pist aut lentis aut etiam milij magnitudine, demittat radios in oppositā albam tabellam, quæ tubi cavitatem imo loco terminat. In hac ergo tabellâ clare visuntur maculae Solis, formatæ à nudo foramine, nullius interventu vitri convexi: testanturq; typi excepti in meridiebus compluribus deinceps, lineam motus macularum in solsticijs rectam esse ad lineam meridianam, in equinoctijs inclinem angulo complementi obliquitatis Eclipticæ; in opposito aequinoctio, plaga etiam contraria: sic ut hæc linea motus in planum Eclipticæ semper incidat. Itaq; si macula hæret in superficie Solis: sequitur ut etiam hanc, ut ipsum inquam globum Solis secundum Eclipticam incedere, hoc est, circa ejus axem & polos tornari colligamus. Hanc circumstantiam adde cæteris, quas Epit. Ast. Lib. IV. p. 514. num. 4. coacervavi, & num quis rest et scrupulus, disisce, quominus thema ipsum, SOLEM ESSE FONTEM MOTUS PLANETARVM, pro certissimo acceptemus. Quod igitur Lib. VII. p. 914 polos Eclipticæ Medie, quam appello VIAM REGIAM, feci eosdem cum polis rotationis corporis solaris: id non porrò dixeris suâ carere ostensione, sensuali.

Hanc

5

HANC igitur habe tibi BARTSCHI digressionem, quâ pen-
ses astimesq; moram meam Puzbachianam; tempus est ut in-
de discedam. Non possum tamen hoc sine celebratione munifice-
tie Principis verè magnanimi; ut quâ ille, & temporum con-
ditionem, & meum in primis pudorem longissimè superavit.
Quodq; ad consilia referendum est translati mei domiciliij, au-
thor fuit idem celerrimus Princeps PHILIPPVS suo ex Fratre
Nepoti G EORGIO, rerum patienti DARMSTADII; ut quia
LINCIANO Typographio per tumultus rusticanos incendio de-
leto, & pfligato Typographo, aliū ego BRAHEANIS Observa-
tionibus edendis locum idoneum, prælisq; & typis instructum, se-
orsim ab inquietudine aulæ Imp. ambulatoriæ, dispiciebam, Pri-
ceps ille & locum commorandi, & si me ibi, ob longinquam ab-
sentiam, pensiones Imperiales aulicæ morarentur, subsidia ido-
nea liberalissimè polliceretur. Nihil igitur aliud restare vide-
batur, nisi ut consensum IMPERATORIS Domini mei, primū
atq; in Aulam venturus essem, precibus impetrarem.

HEC animo volvens consilia, Pvzbachio discessi FRANCO-
furtum, indeq; lento per Rheni tractum perq; WIRTEMBERGI-
am itinere ULMAM reversus, confectis, quæ affecta ibi relique-
ram, negocijs, mense Novembri RATISBONAM ad familiam,
Decembri PRAGAM veni; TABularum exemplaria IMPER.
FERDINANDO II. cui dedicaveram, exhibui. Nec mora,
secuta eodem me fuit fama, de exercitibus Cæsareis in hiberna,
per SVEVIAM & HASSIAM deductis. Quæ fama, cùm ipsa per
se propositum meum de loco editionis graviter perculisset: ex
adverso IMP. tot Victorijs clarissimi aula splendiferissima fautores
cultoresq; mearum artium exhibuit expectatione meâ plures:
quorum commendationibus provectus, & CÆSARI opus dedica-
tum fælicissimo successu approbavi, dignusq; judicatus fui, qui de
M. tis S. & munificentia ditor redderer: & Exercitu Cæsareo-
rum, quos suspectabam, Praefecti Generalissimi, Illustrissimi

A 3

DVCIS

Hanc

DVCIS FRIDLANDIAE & SAGANI ALBERTI gratiam consecutus sum: qui cùm sit & HEROS fortissimus, & juxta scietiarum Mathematicarum admirator eximius, eaq; conjunctioe velut alter HBCRVLES; idemq; IMPERATORI addictissimus; ad primam mentionem hac me necessitate, commorandi extra provincias CÆSARIS hereditarias, eaq; super re Cæsarem interpellandi, facile ex solvit, locum quietum SAGANI clementissime concessit, annum subsidium reliqua magnificentia sue consentaneum nuncupavit, prælum etiam promisit; Cæsarianis omnibus mirificè approbantibus. Igitur semiſſe anni paulo minùs in aulâ Imp. transacto, Majo mense Ratispōam ad familiam traducendam sum reversus. Junio LINCIV M ad patronos antiquores, AVSTRIÆ SVPRANISANÆ ORDINES. Atq; hi & ipſi transitionem hanc meam Saganum collaudarunt; & exemplaria libri, quem subsidijs illorum multos per annos usus p̄ficeram, honorario, quantum à provincia afflictissimâ nequaq; sperabam, compensarunt. Dispositis itaq; rebus meis in illâ provincia, Julio mense PRAGAM, ibiq; receptâ, quam eò p̄miseram familiâ, deniq; Saganum, qd DEVs benè vertat, VII. Cal. Aug. p̄veni.

Quod igitur tu mihi de hoc adventu meo in SILESIAM gratalis omen accipio: Melodia quippe hæc inchoata jam est, gratulaberis eq; dem multò magis, hanc ubi sine perturbatione victor terminavero: quod faxit cœlestis harmonie contempurator, spirituum largitor, DEVs OPT. MAX.

Est vicissim cur ego mihi gratuler ipſi, quod in Silesiam potissimum venerim; ut cuius à multo tempore propria quodammodo fama fuit, quod in eā sit doctorum virorum frequentia, non contemnenda. Quo ex grege cùm primus tu prodeas, qui te mihi publicâ in Epistolâ coram sistis: eja salve doctorum Silesistarum coryphæ! (nam in LVSATIA tuâ exaudiri feruntur balatus gregum Silesiacorum) honoremq; hunc, & primum in amicitia mea locum, jure p̄ventionis obtineto.

SED

SED tempus est ut, quid petitum veneris! pensitemus.
 Organate aīs meditari; quibus incitatis vera motuum & cau-
 sā & formā repräsententur oculis. Eam ob causam te conjectare
 aīs in laborem molestissimum, computatā unius anni Ephemeride;
 scilicet ut ex Tabulis RV DOLPHINIS penitissimam motu-
 um cælestiū formam & p̄videres & familiarem tibi redderes.
 Laudabile factum ex instituto nobili! quorum isthac quidem
 tuā est etatis, tuā industriae, tui & ocij: illud verò propriū ad
 me pertinet, Ephemeridas typis publicis exscribi, computatas ex
 TABLB. RV DOLPHI, à me proximo anno luci datis.

HANC igitur in præsens occupo materiam tecum differendi;
 quantum ē rep. literariā fore existimavero. Nam et si tu qui-
 dem primus in hoc stadio compares: sunt tamen & alij, qui in
 eodem vel jam currunt; vel stant accincti: quos partim ipse an-
 te triēnum; partim in proximo meo itinere Francofurdo, aut
 paulò post, invitavi: alij, quos nunquam anteā noveram, jam
 proximorum annorum Ephemeridas absolvisse, adq; prælum pa-
 ratas habere nunciantur. Nec dubium, esse & alios, de quibus
 ne fama quidem ad me pervenit, Italos, Gallos, Britannos;
 qui, receptis, que summo studio quæsiverunt, exemplaribus, eū-
 dem nobilem laborem capessiverint; eōq; publicis usibus expo-
 sito, famam aucupentur. GRATVLOR vobis, quotquot ēstis,
 quascunq; per oras; quod studio Mathematics, que sola mentis
 assensum certitudine fulcit incredibili, ingenium eōusq; subege-
 rit, ut labori spectabili, quem ante hæc tempora ingeniosissimus
 quisq; maximè fugere solitus est, pares vos invēiretis. Gratulor
 Rebus publicis, gratulor Nationibus Christiani orbis omnibus,
 de proventu talium virorum, & de spe non vanâ; fore brevi,
 ut frigescitibus studijs frivolis, incertis, contentiosis; addo &
 pernicioſis; publica doctorum industria in cælestes potius specu-
 lationes, que sitim ingeniorum sedant, mores, prout indoles fue-
 rit, similitudine quadam Operum divinorum imbuunt, incum-
 bat

bat; adeoq; ex ijs plurima etiam vita toleranda commoda pro-
cudat, & suppeditet. Gratulor mihi quoq; de successu fælici editionis meæ: que & excitavit hominum studia, & sicuti vel
manca censeri possit, vel nevos etiam nonnullos traxit, seu hal-
lucinationum authoris, seu sphalmatum typographicorum, que
properatio, ut fieri amat, operarumve importunitas suppedita-
vit: de ijs per eosdem, qui Ephemeridas nihilominus integras
ex opere computare potuerunt, ceteris minus exercitatis facile
excusatur; comprobato, quod ex fundamentis Tabularum origi-
nem illi non traxerint; sed extrinsecus allapsi, facile ab homine
mediocris attentionis, quod à vobis est factum, redarguantur.

*Quo nomine gratias tibi, BARTSCHI, ceterisq; si qui tibi
paria præstiterunt, permagnas debo; quod obtrectatorum hic
meorum prava studia prævertisti, & cavillorum, que expecto,
spiculis reddidisti impenetrabilem. Evidem vel jam nunc ex
inspectione Catalogi librorum autumnalium, fulgetra nonnulla
videor observare eminè coruscantia: que imbrei mihi pollice-
ri videntur ex Austro, nimbumq; transmarinum ex Occidente.
Scribit de tribus novis stellis CL Aramontius CÆsennâs, librum
jam à quinquennio minacem meis operibus: scribit contra Fr.
Marinum MERSENAYUM Gallum ROBERTUS de FLUCTIBUS Bri-
tannus: quorum cum ille in hunc, crinibus qdem meis arreptis,
involaverit prior ante triennium: vix eirt, ut non hic quoq;
defensionem paret meo cū damno, & onusq; meis projaculis usus;
ut qui me sibi privatum dudum legit adversarium. Verum illis
per me licet agant, quod agunt, strenue: ipse ad utilitatem lecto-
ris mei me comparans, que necessaria monitu videbuntur, de Ta-
bularum numeris, præceptis, exemplis; SPORTVLÆ meæ Astro-
logicæ subjungam: cui ob idipsum formam destino folij: ut inter
præcepta & tabulas, etiâsi liber jam sit ligatus, interseri ab illo
possit; qui seorsim pro eâ (ut & pro MAPPÆ Orbis, que nunc No-
rimbergæ sumtibus meis exsculpitur) solverit librario.*

AD

AN VOS revertor, viri docti, laborum socij, adq; vestras Ephemeridas. Meruijstis enim & mei studio, & industriâ publicâ: ut quâ possum, vestris vicissim commodis consulam. Etsi enim liber TABB. in publicum exijt, licetq; eo uti pro arbitratus cuiusq;, licet sui tyrocinij specimen, vicissim proponere publicè: vereor tamen, si emptores auctoritatis, ne non tantum ipsi vos invicem laedatis: sed etiam à meipso, qui minimè hoc affecto, dāno afficiamini singuli. Meminisse potestis, initium à me factū esse Ephemeridum, editis quatuor, in annos 1617. 18. 19. 20. Typos ad hanc editionem idoneos ære meo comparavi; eosdem mecum Saganum attuli. Etsi verò, temporum difficultatibus impeditus, ab editione sequentium Ephemeridum destiti: computatas tamen habeo in scrinijs, annorum plerorumq; intermediorum; quasdam etiam locavi computandas; quas, si sunt absolute, qui operam sibi perire nolunt, primo quôq; tempore ad me transmittent. Jam enim in eo res est, ut prælo Saganum allato, Tomus primus Ephemeridum ab anno 1617. usq; quò ultra annum 1631. opera & progredi poterunt, ad nundinas FRANC. autunnales anni 1629. extrudatur; Tomus alter proximo anno sequatur. Quam ad editionem uti tu, Bartchi amicissime, tuam mihi operam & dudum, literis Avgustâ ULMAM misis, & nunc in Epistola publicâ obtulisti: ita & receptam eam à me nuperimo nostro congressu, libenter contestor publicè.

NAM quòd tuam hanc editionem Ephemeridis in annū 29. attinet: locum ipse voluisti relictum editioni meæ in eundem annum. Ego verò etsi & computatam ejus partem tibi coram ostendis; & que de sunt mihi, adhuc supplere possem, si de fide tui calculi ambigerem: tuam tamen ipsius jam editam repeti malo; sicut inter nos convenit. Paucula de meo accident, que tu ipse mihi reservata significas; aut quorum, ut correctiunculâ opus haberent, ipse ego, seu potius profectiones nostræ culpam sustinent. Cum enim sis usus exemplari Ulma à me transmiso: caruit illud

illud hactenus Indice; ut quem, expectatione delusus Emblematis præliminaris, Francofurti demum adjeci operi: atqui in illo moneo lectorem de sphalmate typographicō in Aphelio Saturni ad annum 1600.

NEQUE est ut quisq; existimet, te operam lusisse in editione tuâ privatâ; si nunc ea repetatur in communi. Satis tu contrâ in Epistolâ: quæ & repeterem, & pluribus explicare placet; ut de consensu nostro constet omnibus. Nimis um̄ edidisti tu illam usibus tuis; addo & meis, & omnium circa artem curiosorum: repetemus nunc eandem pro usibus publicis, magis popularibus. Nam quod te attinet, demonstrasti tuam in illâ diligentiam, tuam dexteritatem, tuam artis cognitionem penitissimam; liberasti animum à scrupulis, qui te vexassent, super novitate calculi, superq; varijs modis computandi; demeruisti tibi, quod opto & spero, patronos privatos. Mibi verò, ceterisq; curiosis, non potest hæc editionis tua forma non esse gratissima: ut quæ methodorum diversarum æquipollentiam, quam verbis profiteor, reipsâ & lôgâ inductione integri anni comprobat; que consensum in Lunam cum calculo TRCHONIS ostendit sanè quām propinquum; cùm ille tamen computaret ex circulis, ego ex causis physicis; que differentiam, quantula ea superest passim, penè omnem in Variationis Tychonica modum penes me diversū conjicit: deniq; que fidem facit, modos computandi novos, per Logarithmos, nullam ne minutissimam quidem respuere subtilitatem, etiam ad secundas usq; progredientium.

HÆC tamen unius anni Ephemeride comprobari satis fuit: in libro plurium Ephemeridum modum imponi curiositati expedit. Extat jam forma Ephemeridum à me introducta; imò posteriori parte ex antiquo retenta: in eâ, præterq; in Sole, à concisiōe scrupuli primi temperatur; motus nodi Lunæ retinetur æquabilis; Aspectuum tempora quadrantibus diei, non concisis, signantur; planetæ omnes in aversis paginarum faciebus, aspectus è regi-

ē regione exhibentur: Variatio non unius quidē modi adhibita, per omnes 4. annos: at non ideo geminati loci lunæ. Id multò minus nunc erit necesse; póstq; diligentí discussione causarū physicarū p leges geometricas, ad ipsissimū T̄chonis modū redire sum coactus: cui primo inventor etiam quantitas, et si ea potest ambi- gi, jure interī relinquenda. Sed neq; aspectū n. augēdus, pter q Quinunce; Decilis, Tridecilis, Sēquadrus & Sesquadrus in pe- nu cōtinendi, ut ligaturē typorū infrequeñtes; Vigintilis planè o- mittendus. Video sanè, q te viciſſi vellicēt scrupuli, p ferti cir- ca Nodi lunæ locū verum: ubi causam agis astrologiæ ante tribu- nal Physices. Spero tamen ijs me tam Astronomos quam Astrolo- gos liberaturum in præfationibus Ephemeridum.

Hac igitur cōmuni omniū formā etiam tua hæc, anni 1629. est recudēda, ut cum cæteris conjungi possit, opūsq; sit emporibus usu cōmodū; utq; Monarchæ Domino, qui Ephemeridū usugau- det, earūmq; cōtinuationem urget, omni vi ingenij cōprobetur.

HOC INSTITUTUM, hæc pæcta nostra, cæteris, q hanc meam re spōsionē sunt lecturi, significare placuit: ut (quāq; de Patro- ni novi, Ill.mi Dvcis FRIDLANDIÆ & SAGANI constantiā in patrocinio serio suscepto, sūptibusq; ad editionem necessarijs, nobis licet esse securis) quia tamen & homines sumus ut erg, & periculosis astuat motibus hoc mare Reip. nec cuiq; statio fidacar- inæ; eōq; de p̄posita editionis eventu fælici sponsorem habemus neminem: statuat igitur secum quisq; quantum sibi laboris in omnem eventum sumere, quaq; spe niti velit.

TU verò BARTSCHI charissime, quod fælix faustūmq; sit, laborem hunc decumanum ingenti animo, securus futuri, mecum socio capeſſe; Saturnumq; tuum excubitorem ante fores colloca, q omne tedium arceat. Furente namq; procellâ, naufragiumq; mi- nante publicum, potius nihil habemus; quam ut anchoram no- stram, Studiorum innocuorum, demittamus in fundum, aeternitatis. Vale. Dabam, Sagani Silesiæ, Typis proprijs; postrid. Nonas Novemb. ANNO M. DC. XXVIII.

